in aliam rationē quàm frumentariam, reipub. adhuc soluet: vt & C. de compen. l. si ex venditione. & redditur ei quod soluit: vt subiicit. Vel dic verius quod fuit pecunia data alicui vt emeret frumentum reipubl. qui in alium vsum reipubl. conuertit: debet reddere statim, si respu. ei restituit quod in alium vsum est conuersum: vt. j. §. ad frumenti. & §. si autem. **g** *Debito*. cū vsuris: non cum vsurarum vsuris: vt. j. §. si indemnitas. **h** *Inanis*. id est valet etiam contra absentem. & est speciale, regulariter contra supra de re iudi. l. de vnoquoque. Accursius. **i** *Acceptorum*. pro frumento emendo. **k** *Et datorum*. in alium vsum. **l** *Ponatur*. nisi tantum ei restituatur à repub. quātum in alium vsum posuit, & ipse totā frumentariam pecuniam reddat: vt infra. §. si autem. **m** *Debitor*. vel emptor, vel qui acceperit pecuniam ad emendum: vt supra proximi respon. dixi.

**n** *Quamprimum*. id est cito. ad quod supra de iure fisc. l. in fraudem. §. fiscalibus. **o** *Habet*. si habes in litera, habent: dic, reipublica, & debitor frumentarius. Si vero habes, habet: dic, respu. vel verius, scilicet debitor frumentariæ pecuniæ: vt supra de iure fisc. l. iij. §. multa. & C. quando fiscus vel priua. l. si debitum non inficiantur. **p** *Compensari*. vt & C. de compen. l. in ea. & l. si. & supra de iure fisc. l. aufertur. §. qui compensationem. **q** *Pecunia*. data ad compensationem frumenti: vt prædixi. **r** *Solui*. id est reddi. **s** *Vsuris*. scilicet fiscalibus, quæ sunt semisses: vt. §. de vsu. l. cum quidam. §. si debitores. at si in suum vsum, tunc centesimæ: vt. §. de nego. gest. l. qui sine. **t** *Sic*. vel soluta, vel soluenda. **u** *Faciant*. vt & C. ex qui. cau. infra. l. improbum. & C. de vsu. l. pen. **x** *Per iniuriam*. aliquis emit à repu. frumentum. & pretium soluit vt debuit: sed frumentum fuit emptori à repub. postea ablatum, vel non traditum. certe est reddendum pretium. vel dic qd fuit traditum, & per extraneū euictum. nam tenetur fiscus ad pretiū reddendum. sed tunc est contra. §. de euict. l. si pet imprudētiam. quia hic dicit, per iniuriam. & dicit qd prima facie videbatur iniuria, sed non erat, nec tamen fiscus tenetur ad interesse: vel vltra æstimationem, etiam si promisit: vt supra de iure fisc. l. si procurator. vel dic quod etiam si per iniuriam est euictum, tamen ad pretiū tenetur: vt sit speciale contra fiscum: cum aliud sit pro eo: vt. d. l. si procurator. ad quod. C. commu. de lega. l. si. fin. **y** *Inubeat*. aliàs inubeatur restituere, scilicet à præside prouinciæ. & fa. supra de acti. empt. l. si sterilis. §. cum per venditorem. **z** *Idoneus*. aliquis officialis à curatore reipublicæ: vt. C. de peri. no. l. j. lib. xj. & facit. §. de fideiuf. l. fideiuffores. & de magi. con. l. j. §. si magistratus. Accur. **a** *Lapsus*. subaudi, est fortuito casu. & hic officialis. **b** *Dederit*. patiēdo debitores reipub. fieri non soluendo. **c** *Potest*. vt supra de admini. tut. l. si res pupillaris. & de pig. act. l. quæ fortuitis. Accursius.

**a** *est versi.* disti. §. ad frumenti. **b** *Flo. Pecunia data.* **c** *Flo fit.* dispensationis. **d** *est versi.* disti. §. ad frumenti. **e** *Flo fit.* dispensationis.

al. colat. vsurpata. vide Anto. Augu. li. i. emend ca. 2. suæ causæ ideóque.

Non utique. volebat fiscus à primo quod habebat à secundo. Agere debet. Hic not. quatuor. Primo quod non possum per me, nec per alium: vt hic, & supra de tuto. & cura. da. l. scire. §. si mater. & supra de contrahen. emptio. l. non licet. & C. de heredi. instit. l. neque per se. & de distract. pig. l. & qui sub imagine. & de vsur. l. eos. in fi. & supra de aucto. tut. l. pupillus. §. item ipse tutor. versi. sed si per interpositam. & supra ad Maced. l. sed Iulianus. in princip. & l. filium. & qui & à qui. l. si quis integris. §. finali & C. de contractibus iu. l. j. in fi. & supra de fal. l. diuus. ij. respon. & de vsuca. l. Labeo. §. sed eum. & de bo. lib. l. quæritur. & C. de pœ. iudi. l. j. Secundo quod possum per me, & per alium. ad quod supra de leg. j. l. si mihi. §. regula. & de iniur. l. sed si vnus. §. idē Iul. versi. idem ait & si. Tertio, quod per me non possum, possum tamē per alium: vt & supra de offic. præfe. vt. l. fin. & man. l. si mandauero. ij. §. si hi. & C. de procu. l. quicumque. & supra de adquiren. here. l. Antistius. §. fina. & supra quæ res pig. obli. l. Aristo. vbi de hoc dixi. Quarto quod aliqua per me possum, quæ non per alium. ad quod supra an per ali. causa appel. l. j. & de pub. iudi. l. pen. §. j. & C. de his qui ve. æta. impe. l. ij.



<sup>a</sup> *Pact.* inito inter ipsos magistratus: vt supra de pact. l. ius pu. & infra de regu. iur. l. neque pignus. §. j. & l. nec ex pratorio. nisi quo ad hoc, quia primo conuenietur ille: vt supra de magi. con. l. j. §. si magistratus.

<sup>b</sup> *Permissum est.* quod est semper, nisi quando à iudice fit diuisio. Sed & tunc si prohibere potuit: vt. j. l. proxi. & l. pen. §. antepen. & not. supra ad muni. imperatores. Accursius.

<sup>c</sup> *Ex equitate.* scilicet utilis nego. gesto. vt. §. de tur. & ra. dist. l. j. §. nunc tractemus. & de nego. gest. l. soluendo.

<sup>d</sup> *Pro collega.* id est pro eo qui erat collega in magistratu.

<sup>e</sup> *Punito.* in pœna aliqua, cum fraudulenter admiserit: vt infra. l. vlt. §. iij. nō autem fortem. id est mercedem, quam acceperat, restituet. & ideo eius. j. dicit præstari vsuras. Sed oppo. C. de vsur. l. eos. §. pen. vbi nec occasione pœnæ. Respon. ratione doli fuit pœna inflicta: at vsura ratione moræ.

<sup>f</sup> *In vniuersum.* hoc dic vt infra proxi. respon.

<sup>g</sup> *Substituerit.* quasi sequelam: vt supra de insti. l. cuicumq;. §. item fullonum. cum cōcor. Accursius.

<sup>h</sup> *Expressum est.* vt supra de fideiuf. l. fideiuf. fores. §. j. & facit. C. de pact. inter empto. l. in initio. & C. de fideiuf. l. fideiuf. & de verbo. obligat. l. si seruum. §. nunc videamus. in fin.

& supra loca. l. quæro. & quod ibi not. & C. quod cum eo. l. si mādator. & §. ad muni. Lucius. §. j. & §. de fideiuf. l. si quis pro. §. j.

<sup>i</sup> *Fundorum.* quia timebatur sterilitas, actum fuit vt pensio cuiuslibet anni æstimaretur arbitrio boni viri. sed tunc est contra supra loca. l. si merces. in prin. Respon. hic speciale: vel dic, boni viri, scilicet certi. vel pone secundo quod tantum deminutio debet fieri arbitrio boni viri cuiusque anni. scilicet quo contigerit sterilitas. Et facit. §. loca. & conduc. l. ex conducto. §. fin. & l. seq.

<sup>k</sup> *Fides.* quæ est vt seruetur pactum: vt supra de pact. l. j. in principio. Accursius.

**C** *Vratores.] CASVS.* Quidam erant curatores alicuius officij communis: & in omnibus in solidum certa pecunia publica danda erat. data est cuique pars sua pecuniæ, & sic diuisim. dicitur quod propter hoc non liberatur vnusquisque ab obliga. in solidum. Vlpia. tamen dicit gerentem primo conueniendum, ad similitudinem tutorum. Item si curator reipub. locauit prædium vsque ad quinquennium, non exacta idonea cautione: deinde conductor remansit in conductione etiam post quinquennium: est factus debitor reipub. quia approbare videtur, dimittendo ei prædium. non idem in vectigalibus erat constitutum: imò quilibet curator pro suo tempore tenetur. Item si curator reipu. animo nouandi promisit creditoribus reipu. dicitur quod ex hoc liberatur respu. & ipse tenetur ex officio: secus si constituat se soluturum. Item patre electo curatore reipub. filius eius non cogitur pro eo fideiubere, etiam si prius esset emancipatus à patre. Item si fideiussor magistratus dedit pignora: tenentur pignora in eum casum, cum solidum à magistratu seruari non possit. hoc dicit cum. l. seq. Franc.

<sup>l</sup> *Periculo.* scilicet solidi.

<sup>m</sup> *Vlpianus.* scilicet dicit quod sequitur, vel quod præcedit.

<sup>n</sup> *Prior tamen.* aliàs incipit lex. & facit. C. si tutor non gest. l. j. & ij. & C. de conue. fisco. de. l. iij. §. de admi. tuto. l. tutores. §. in eum. & C. quo quis ordi. con. l. j. & de admi. tuto. l. fin. Sed arg. conf. Nouum.

tra supra de cura. bon. dan. l. ij. §. fina. sed est ibi ratio, vt ibi dixi. Item facit quod not. supra ad muni. l. imperator. & facit supra de admi. tuto. l. etiam. & infra. l. vlti. §. penult.

<sup>o</sup> *Cæteris annis.* vltra quinquennium.

<sup>p</sup> *Reliqua.* id est debitor fisco esse cœpit.

in soluenda pensione cuiusq; anni pacto comprehensum est: explorata lege conductionis, fides bona sequenda est.

III. P APINIANVS libro primo Responsorum.

**C** *Vratores communis officij* diuisa pecunia quam omnibus in solidum publicè dari placuit, periculo vice mutua non liberantur. Vlpianus: prior tamen exemplo tutorum conueniendus est is qui gessit. Ex eodem libro. Prædium publicum in quinque annos, idonea cautione non exacta, curator reipublicæ locauit. Cæteris annis colonus si reliqua traxerit, & de fructibus prædij mercedes seruari non potuerint: successor qui locauit, tenebitur. Idem in vectigalibus non ita pridem constitutum est: scilicet vt sui temporis singuli periculum præstaret. In eum qui administrationis tempore creditoribus reipublicæ nouatione facta pecuniam cauit: post depositum officium actionem denegari non oportet. Diuersa causa est eius qui solui cōstituit. similis etenim videtur ei qui publicè vèdidit, aut locauit. Filiū pro patre curatore reipublicæ creato cauere cogi

<sup>x</sup> *Administrationis.* scilicet suæ. Accursius.

<sup>y</sup> *Creditoribus.* qui mutuauerunt reipub.

<sup>z</sup> *Facta.* per hoc reipub. liberauit.

<sup>a</sup> *Denegari.* creditoribus qui nouauerunt.

<sup>b</sup> *Videtur.* scilicet is qui nouauit, secundum Azo. & sic tenetur ex omni alio contractu etiam finito officio, præterquã de constituta. sic in simplici procuratore: vt supra de procur. l. procurator qui pro euiet. Sed quæ est ratio in constitu. secundum eum? Respon. forte constituit ad fidem debiti protestandam, non animo se obligandi: vt supra de institu. l. fin. aliàs in constitu. videtur idem quod in aliis: arg. supra. de constit. pec. l. Titius. sed H. dicit finito officio magistratū non teneri ad instar tu. vt. C. quod fal. tu. aucto. l. j. nam hic vt tutor ex necessitate suscipit magistratum: vt supra de mu. & ho. l. si quis magistratus. & hic exponit, similis ei videtur is qui constituit, & c. & in stipulatione facta animo nouandi, est ideo, quia eo animo fecerit. ad quod supra quod fal. tu. au. l. v. & d. l. Titius. de constitu. pecu. Vel dicit tertio secundum Al. quia refert in administratione ciuitatis, vt tunc sponte se obliget, an necessitate. Primo casu obligatur ipse, & non ciuitas: & deposito officio non liberatur: vt hic, & d. l. procurator qui. si autem ex necessitate, tunc obligatur ipse & ciuitas: vt supra si cer. per. l. ciuitas. & in isto casu siue administrator sit conuentus, & non sit soluendo, siue ciuitas, non liberatur alter istorum, etiam si cum altero iudicium sit cœptum: sed regressum habet creditor ad alterum, altero existente non soluendo: vt argu. supra de his qui deiec. l. iij. & de interr. act. l. qui ex parte. non ob. eo quod dicitur supra de solu. l. solutionem. quia illud est verum, cum iudicium accipiens sit soluendo. & sic intelligit. Al. etiã finito officio. sed media probabilior est, & pro ea, supra famil. eriscun. l. qui erat. nec ob. supra quod iussu. l. pe. quia tenetur durante officio. Vel dic etiam postea: quia non in utilitatem ciuitatis iusserat. nam sic esset in tutore: vt not. §. de act. empt. l. Iulianus. §. idem Iulianus.

<sup>c</sup> *Publice.* id est reipub. nomine, curator pura.

<sup>q</sup> *Non potuerint.* scilicet à colono.

<sup>r</sup> *Successor.* scilicet eius qui, & c. id est alius curator. & dic, tenebitur, scilicet reipu. quia approbare videtur dimittendo ei prædium: vt supra ad muni. l. Titio. §. j. sed duo quæro. primo, si ante quinquennium finiuit suum officium curator qui locauit, cuius sit periculum extunc? Respon. suum, quo ad rempub. vt statim subiicit. non tamen amodo tenebitur: vt infra proxi. not. Itē quid si durauit officio vltra quinquennium: cuius est periculum eius tēporis? Respon. huius locatoris. nam si efficiatur periculum alterius per approbationē: multo magis remanet huius in officio. durantis.

<sup>s</sup> *Sui temporis.* id est sue locationis. amodo ergo innuit facturū idē. Sed quid differt locatio à vectigali? Respon. multum: quia altero casu transit dominium vtile, vel effectus: altero non: vt supra si ager vectig. per totum.

<sup>t</sup> *Singuli.* curatores reipublicæ.

<sup>u</sup> *In eum.* potestatem, vel alium officialem.

Sic manuscr. perperā in Vaticano, in omnibus. In vulg. est lex. 4. Prior.

Videtur legendum, merces quæ adseruari nō potuerint. vt quæ sit, pro aliqua.



<sup>a</sup> Non oportet, vt & s. de mune. & hono. l. æstimationem. §. inuitus. & C. ne filius pro pa. l. patris. & sic ecōtra nec pater pro filio: vt. s. de mune. & ho. l. iij. §. quod pater. & l. honor. §. plebei.

<sup>b</sup> Conuenitur. fideiussor. quod. s. ad mun. l. Lucius. §. imperator.

<sup>c</sup> Non potuerit. sic supra ad muni. l. libertus. §. j. & C. de decu. l. j. libr. x. & supra de iure fil. l. Moschis. sed contra. C. de fideiuss. l. iure nostro. fol. speciale hic & prædictis. ll. quando apud tempub. pro officio. sed in contrario apud priuatū. Item hic pro magistratu: in cōtrario pro priuato. sed hodie idem in priuato: vt in authen. de fideiuss. §. j. & ij. col. j.

**L**egatū.] CASVS. Legata pecunia municipio, vt in certum vsum expendatur: in aliū vsum expendi non debet citra parabolam principis. hoc fallit in casu: vt si minuta est pecunia ex causa Falcidæ: & superfluum pecuniæ non sufficit ad opus: tunc expendi potest aliās, vbi sit vtile reipublicæ. Idē est seruandū si pecunia sit relicta municipio ad plura opera faciendā, & sit minuta propter Falcidiam, & sic omnia opera perfici non possunt: nam expenditur aliās vbi sit vtile municipio. si autem sit legata pecunia municipio, vt ex eius reditu aliquid ibi fieret, puta venatio, aut spectaculum, cum forte hoc ibi agere non licebat: dicitur quod nō seruatur voluntas legatis: & sic pecunia expenditur in alia facta ciuitatis. Fran. Accur.

<sup>d</sup> Non licet. vt & supra l. j. nisi in casibus: vt ibi not. Item quod hic dicit sine principis auctoritate: sub. vel iuris. & sic bene sequitur, & ideo, & c. quod enim ius permittit, & princeps permittere videtur: vt. C. de vete. iur. enucle. l. j. §. j. merito enim. & adde hic concor. quas dedi. s. l. j. Accur.

<sup>e</sup> Erigari. facit supra ad Sil. l. iij. §. si cum omnes. & de reli. l. fin. & loca. l. in naue. in fin.

<sup>f</sup> Vetuit. cum forte hoc ibi agere non licebat: vt supra de vsu fruct. lega. l. legatum.

<sup>g</sup> Inscriptione. puta nomen eius cuius pecunia sit.

<sup>h</sup> Notetur. aliās non teneatur: & aliās notetur.

**D**ecuriones.] CASVS. Decuriones non coguntur frumentum vilius vendere quā annona exigit, nisi in casu quem specificat in litera. Franc.

<sup>i</sup> Decuriones. supra ad municip. l. non debere.

<sup>k</sup> Quod. scilicet frumentum.

<sup>l</sup> Reficienda sunt. infra de ope. pub. l. pecuniam. contra. solu. vt ibi. Accur.

<sup>m</sup> Magistratus. Negligentiam. aliās culpam, scilicet leuem, de qua heredes non tenentur: vt supra de magistrat. conue. l. non similiter.

<sup>n</sup> Silius familias. Patrem. & eius heredem: excussis tamē prius bonis filij: vt. C. de dec. l. j. lib. x. & s. famil. ercisc. l. si vni. §. idem scribit. & §. Neratius. & s. ad mu. l. quoties. & adde quod ibi not. Item facit. s. quod iussu. l. j. & de pecu. l. licet. §. si. Accur.

<sup>o</sup> Abesse. scilicet principaliter. nam & quod priuatorū interest

non oportet. <sup>a</sup> nec mutat quod in eum pater emancipatum priusquam curator constitueretur, partem bonorum suorum donationis causa contulit. Pro magistratu fideiussor interrogatus, pignora quoq; specialiter dedit. In eum casum pignora videtur data, quo rectē cōuenitur: <sup>b</sup> videlicet postquam res ab eo seruari non potuerit, <sup>c</sup> pro quo intercessit.

III. VALENS libro secundo Fideicommissorum.

**L**egatam municipio pecuniā, <sup>B</sup> in aliam rem quā defunctus voluit, conuertere citra principis auctoritatem non licet: <sup>d</sup> & ideo si vnum opus fieri iusserit, quod Falcidæ legis interuentu fieri nō potest: permittitur summam quę eo nomine debetur, in id quod maximē necessarium reipublicæ videatur, conuertere. siue plures summæ in plura opera legantur, & legis Falcidæ interuentu id quod relinquatur, omnium operum extructioni non sufficit: permittitur in vnum opus quod ciuitas velit erogari. <sup>c</sup> Sed municipio pecuniam legatam vt ex reditu eius venatio aut spectacula <sup>C</sup> edantur, senatus in eas causas erogari vetuit: <sup>f</sup> & pecuniam eō legatam, in id quod maxime necessarium municipibus videatur, cōferre permittitur: vt in eo munificentia eius qui legauit, inscriptione <sup>g</sup> notetur. <sup>h</sup>

V. PAVLVS libro primo Sententiarum.

**D**ecuriones <sup>i</sup> pretio viliori frumentum, quod <sup>k</sup> anno-

principaliter, reipub. interest secundario: vt instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. expedit. & tamen de eo non tenetur pater: vt. d. l. quotiens. Accur.

**P** <sup>C</sup> Alculi. Admittetur. etiam vsque ad. xxx. annos quando per errorem. sed quando per gratiam quam fecit curator

na temporalis est, patriæ suæ prestare non sunt cogendi. Nisi ad opus nouum pecunia specialiter legata sit: vetera ex hac reficienda sunt. <sup>l</sup>

VI. VLP IANVS libro primo ad Edictum pratoris.

**M**agistratus reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, <sup>m</sup> & hoc amplius etiam diligentiam debent.

VII. PAVLVS libro primo ad Edictum pratoris.

**S**i <sup>I</sup> filius familias volente patre magistratum gesserit, Iulianus existimauit in solidum patrem <sup>n</sup> teneri in id quod eius nomine reipublicæ abesset. <sup>o</sup>

VIII. MODESTINVS libro octavo Regularum.

**C**alculi <sup>†</sup> erroris retractatio etiam post decennij aut vicennij tempora admittetur. <sup>p</sup> sed si gratiose <sup>\*</sup> expunctæ <sup>†</sup> dicetur, non retractabuntur. <sup>†</sup>

IX. PAPIRIVS IUSTVS libro secundo de Constitutionibus.

**I**mperatores <sup>†</sup> Antoninus & Verus rescripserunt, pecuniæ quæ apud curatores remansit, vsuras <sup>†</sup> exigendas: eius verò quæ à redemptoribus <sup>u</sup> operum exigi non potest, fortis <sup>x</sup> dumtaxat periculum ad curatores pertinere.

Item rescripserunt, operum periculum etiam ad heredes curatorum <sup>y</sup> pertinere. Item rescripserunt, agros reipublicæ retrahere <sup>z</sup> curatorem ciuitatis debere, licet à bona fide emptoribus possideatur: cum possint ad auctores suos recurrere. Idem eodē libro.

quidem dolo, in duplum tenetur reipub. & non eius heres. si negligentia: in simplum tenetur. Item pecuniam ad annonam destinatam, distractis rebus curator debet exigere. Item sitonæ qui non segniter suum officium gesserunt: indemnes conseruari debent. & expone vt in glos. Item curator Kalendarij non debet cauere: cum à præside ex inquisi. eligatur. Item vnus curator tenetur pro alio, si videns eum male gerere, non petiit eum remoueri. Item curator tenetur reipublicæ, si nomina debitorum reipublicæ facta sunt deteriora tempore curationis suæ: secus si prius facta erant deteriora. Item magistratus qui tenuit pecuniā publicam penes se tempore magistratus, & post magno tempore: tenetur eam reddere, & eius vsuras. & hoc dicit hæc. l. vsque ad finem tit. Franc. Accur.

<sup>†</sup> Imperatores. hæc lex vndecies, sed. s. ad municip. l. fin. septies, in l. fina. de decur. quater habet verbum, rescripserunt.

<sup>†</sup> Vsuras. semilles: vt not. s. eo. l. ij. §. si indemnitas.

<sup>u</sup> A redemptoribus. quibus curator dederat opera faciendā: vt. s. de rei vindi. l. redemptores. & j. titu. iij. l. ij. §. j.

<sup>x</sup> Sortis. quamuis ex contractu cōueniatur: per quod videbatur etiam in vsuris teneri: vt. s. ad muni. l. Lucius. §. j. & hoc nisi in ea commiserit fraudem: vt. s. de vsur. l. cum quidam. §. eos qui. Acc.

<sup>y</sup> Curatorum. reipublicæ, qui locauerunt opera faciendā.

<sup>z</sup> Retrahere. id est vindicare rei vindi. nomine ciuitatis: vt supra quod cuiusque vniuer. l. fina.

intellige qua do non fuit lon fix malus q ad ce. ut in l. error calculi. eod. de exp. calculi ex Amaya in l. 2. c. de iur. fin. n. 43

\* In vulg. filius familias.

† calcularij.

\* Quidam hic emendare contēdūt, ratiōes: ego nihil mutā dum puto.



**a** *Exactionem*. id est locationem operis postea exigendi. vel id est commissionem operum exigendorum.

**b** *Committi*. vt & supra. l. curatoris. §. prædium. & C. de fundis pa. l. quicumque. lib. xj. & de lo. prædi. ciui. lib. xj.

**c** *Pœnam*. ratione pœnæ. sed in simplū tenentur: vt supra ea. l. §. j.

**d** *Pecuniam ad annonā*. scilicet emendam.

**e** *Distractis rebus*. suis comparatoribus perpetua possidendi firmitate data: vt. C. de cap. & dif. pign. tribu. l. j. & ij. lib. x.

**f** *Rescripserunt*. sitonas. Sitonia, munus publicum. unde sitonæ, qui id munus gerunt. ad quod. §. de va. mu. l. sextum. Alij habent, annonas indemnes. & tunc pro præfecto annonæ ponunt. Alij annonæ indem. oportere. sub. præfectis eius rescripserunt imperatores.

**g** *A curat. kalendarij*. quid sit, dic vt. §. de leg. iij. qui filium. Accur.

**h** *Cum à præside*. bona ratio: vt instit. de satisf. tu. & sic not. quod curator reip. eū nō eligit, sed præfes prouinciæ: quia maius periculum posset inferre circa pecuniā, quā circa aliās res. Accursius.

**i** *Nō potuit*. hoc habet locum etiā diuisa à iudice administratione: aliās si non esset diuisa, etiā si potuit prohibere, tenetur nomine collegæ: vt not. §. ad municip. l. imperator. & fa. §. l. ij. §. ius reipu. & l. ij. in princ. & §. de adm. tuto. l. etiā. item fac. C. de appel. l. quoniam. & C. de diui. tut. l. ij. §. j. & de vsu. pu. l. ij. Accur.

**k** *Nō pertinere*. nisi ipse nomen probauit: vt. §. ad muni. l. Titio. §. j. & facit. §. arbi. tute. l. ij. & de adm. tuto. l. debitoribus. <sup>a</sup> & si certum per. l. periculum.

**l** *Intulisset*. aliās inutilis esset. id est inutiliter & vacua extiterit apud se. & facit. §. eod. l. ij. in princ. & de vsu. l. cum quidam. §. eos. Accur.

**DE DECRETIS ab ordine faciendis.**

Sequitur decurionū munus quod in decernendo eo potissimū consistit quod Reip. conducit. Et duæ quidē partes decurionum, curiam seu ordinē faciunt, quodque ea decreuerint, ratum est, non quod decurionum minor numerus. Decreto decurionum creantur magistratus municipales, sed non absque consensu præsidis. l. 12. De appel. l. 1. §. solent. Quam. ap. sit, creantur qui munera municipalia gerunt, constituuntur salaria professoribus liberalium artium & medicis intra numerum constitutum Oratione D. Pij, non temere quibuslibet iniussu principis. Non possunt etiam decreto decurionum temere largitiones fieri de publico, & factæ reuocantur. l. 4. nisi forte ante. xx. annos factæ sint, vt Traianus Plinio Secundo rescripsit. Decreto etiam decurionum tutores vel curatores dantur. l. pen. Qui per. tut. Cuiacius.

**m** *Edicorum Numerum*. qui est. v. in minore. vij. in ciuitate maiori: vt. §. de excusa. tuto. l. si duas. §. j.

**n** *Prouincia*. argu. contra. C. de episc. & cle. l. parabol. Nouum.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, operum exactio-nem <sup>a</sup> sine cautione non oportere committi. <sup>b</sup> Item rescripserūt, curatores si neglegenter in distrahendis bonis se gesserint, in simplum teneri: si per fraudem, in duplum: nec ad heredes eorum pœnam <sup>c</sup> descendere. Item rescripserunt, pecuniam ad annonam <sup>d</sup> destinata, distractis rebus <sup>e</sup> curatorem exigere debere. Item rescripserunt, sitonas <sup>f</sup> & indemnes <sup>g</sup> esse oportere, qui non segniter officio suo functi sunt: secundum literas Hadriani. Item rescripserunt, à curatore Kalendarij <sup>h</sup> cautionem exigi non debere, cum à præside <sup>i</sup> ex inquisitione eligatur. Item rescripserūt, curatorem etiam nomine collegæ teneri, si interuenire & prohibere eum potuit. <sup>j</sup> Item rescripserunt, nominum quæ deteriora facta sunt tēpore curatoris, <sup>k</sup> periculum ad ipsum pertinere, quia <sup>l</sup> verò antequam curator fieret, idonea nō erant: æquum videri, periculum ad eum non pertinere. <sup>m</sup> Idem libro eodem. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt: eum qui pecuniam publicam magistratus sui tempore, & post non pauco tempore detinuerat, vsuras etiam præstare debere: nisi si quid allegare possit qua ex causa tardius intulisset. <sup>n</sup>

**DE DECRETIS AB ordine faciendis.**

**TITVLVS IX.**

**I. VLPPIANVS libro tertio opinionum.**

**M** Edicorum intra numerum <sup>m</sup> præfinitum constituedorum arbitrium non præsidis prouinciæ <sup>n</sup> commissum est, sed ordini & possessoribus cuiusque ciuitatis: vt certi de probitate morum, & peritia

lani. solu. ibi de episcopo in Alexandria ciuitate.

**o** *Eligant*. & electi poterunt reprobari: vt supra de mune. & hono. l. vt gradatim. §. reprobari. cum concor. & facit infra de variis cogn. l. j. & §. j. & ij. l. medicus. Accursius.

**p** *Lla decreta*. Coacto. id est coadunato. & est legitimus: vt infra prox. & sic. C. de ap. nominationes. & de sen. l. prolata. & C. quomodo & quando iud. ab eo. Item sume à contrario: si est legitimus, ergo valet: vt. C. de admin. tuto. l. fancimus. & C. de adulte. l. Gracchus.

**II. MARCIANVS libro primo Publicorum.**

**L**lla decreta quæ non legitimo numero decurionum coacto <sup>p</sup> facta sunt, non valent.

**III. VLPPIANVS libro tertio de Appellationibus.**

**L**ege autem municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quā duabus <sup>q</sup> partibus adhibitis.

**III. IDEM libro singulari de officio curatoris republice.**

**A**mbitiosa <sup>r</sup> decreta decurionum rescindi <sup>s</sup> debent, siue aliquem debitore dimiserint, siue largiti sunt. Proinde, vt solēt, siue decreuerint, de publico alicuius vel prædia vel ædes vel certā quantitatem præstari, nihil valebit huiusmodi decretum. Sed & si salarium alicui decuriones decreuerint, decretum id nonnunquam <sup>t</sup> vllius erit momenti: vtputa si ob liberalem artem fuerit constitutum, vel ob medicinam. ob has enim causas licet cōstitui salaria. <sup>u</sup>

**V. CALLISTRATVS libro secundo de Cognitionibus.**

**Q**uod semel ordo decreuit: non oportere id rescindi diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit, nisi ex causa: id est si ad publicam <sup>x</sup> vtilitatem respiciat rescissio prioris decreti.

**VI. SCAEVOLA libro primo Digestorum.**

**M**unicipij <sup>y</sup> lege ita cautum erat: <sup>z</sup> Ἐὰν τις ἐξω τοῦ σωεδῆς δικέσται, τῆτε σωεδρῆς εἰργέσθω, καὶ πρὸς ταυτῶν τῶν δράχμας χιλίας. [id est, Si quis extra collegiū iudicio experiri voluerit, ipso collegio prohibeatur, & soluat drachmas mille.] Quæsitum est, an pœnam sustinere debeat, qui ignorans <sup>aa</sup> aduersus decretum fecit. Respōdit & huiusmodi pœnas

<sup>t</sup> Nonnunquam, sed multotiens.

<sup>u</sup> *Salaria*. magistris & medicis: vt & C. de decu. l. j. lib. x. item & in alio: vt supra de decu. l. decurionibus.

<sup>x</sup> *Quod semel*. Ad publicam. exemplum est supra de mun. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. cum concor. sed videtur quod etiam sine causa: vt supra quod cuiusq. vni. l. item. §. quod si actor. qui est contra: vt sit causa sola voluntas: vt & aliās supra de pœn. l. iij. in fin. & de procu. l. is cuius. sed dico speciale ibi. scilicet in. l. item, supra quod cuiusq. vni. no. quia nullius interest reuocari actorem ante lit. cōtest. secus si post: vt ea. l. §. ex his. item pro hoc quod sine causa non possit mutari: vt. §. de decu. l. pen. in fin. & C. ne fiscus rem quam vend. l. j. & ij. lib. x. & C. sen. rescin. non pos. l. j. & C. de senten. aduer. fiscum. l. j. in interlocutione secus: vt supra de re iudi. l. quod iussit. & de arbi. l. diem. §. fin.

K K K iij

† Augu. ad Modest.

† curationis. † quæ.

a] qui nominibus.

a] Ambitiosa decreta quæ dicantur, pulchrè Rud. §. de vsu. l. si bene collata.

\* Municipia pali. † Vide Al. si. dispum. 2. cap. 18.

\* ad hoc in simili concor. quod no. in c. si soli per. archid. ibi de concess. præben. li. 6. tex. in. c. vt animarum. de cōsti. in. 6



**M**unicipali. scientes. aduersus ignorantes minime: vt arg. C. de testa. l. iubem<sup>o</sup>. in fi. & i. auth. vt fac. no. co. in prin. & s. ad Sil. l. si quis in graui. §. si quis. & s. loca. si ignoras. licet sit contra s. ad l. Cor. de fal. l. diuus. ij. rñ. nisi ei possit imputari cur nesciuit: vt. s. de insti. l. sed & si. §. præscribere. & de iur. & fa. igno. l. regula. §. j. & s. de pub. l. fi. §. licet. quæ sunt arg. cōtra. alioquin punitur ignoras: quippe publice positum ignorare non licet: vt dictis. ll. & C. de legi. & constitu. l. leges. & C. de iur. & fa. igno. l. constitutiones.

† In indice titul. De operis. & ad marginē, de operibus. a] Ista. glo. est sing. ad hoc no. quod nō est tolerabilis ignorantia illius quod publicē notum est, pro quo etiam facit text. cū sua gl. in l. si tu tor. C. de peri. tu & volens iurare contra. non debet audiri. gl. est no. in. c. nulli. de elect. lib. 6. Bolog.

**Paratas.** aliās paratas esse: aliās pariat, scilicet decretum.

**DE OPERIBVS publicis.**

*Sequitur de munere curatoris operū publicorū specialis titulus. s. eius quē respū. præsstituit in hoc vt curaret opus aliquod publicū fieri. & inscribēdo operi nomine eius cuius liberalitate opus factū est vel nomine principis. & ne fiat nouum opus sumptu publico sine auctoritate principis, & alia quædam eadem de re. Cuias.*

**Prator.] CASVS.** Titius elect<sup>o</sup> in curatore operū,

cœpit se excusare: & nō potuit: & decessit postea. dicitur q̄ pro tēpore quo cessauit in vita sua, tenetur ipse & heredes eius: sed p̄ tēpore quod cucurrit post mortem suā, nō tenetur eius heredes. Secūdo dicit, quidam in vno munere cōstitutus elect<sup>o</sup> est ad curam aquæ ductus: & eā suscepit: & volebat primum munus recusare. dicitur q̄ non auditur. secundū enim munus recusare potuit. Fran.

**Perferenda.** voluit enim se excusare, sed nō potuit. vnde pro tēpore quo cessauit, etiam durate causa excusatoria tenetur, & eius heredes: vt & s. si tut. vel cura. appella. l. j. hic autem quia cessauit post repulsam, multo magis: vt & s. ad munici. l. Lucius. & facit C. eo. l. j. & l. ad portus. Accur.

**Quando.** id est quia.

**Oportuisset.** quod est verum regulariter: vt & s. de vacatio. mu. l. fina. §. j.

**Ante probabilius.** non facit comparationem. nam non conceditur ei modo: vt s. de decu. l. penul. §. fina. & s. de vaca. munc. l. pe. §. fi. & facit. s. de pœ. l. si quis forte.

**Si liberalitate.] CASVS.** Quidā cōcessit fructus agrorū suorum ad opera pub. perficiēda: & vult q̄ nomē suū inscribatur in illo opere quod ipse fecerit fieri. dicitur q̄ auditur: & præs ses prouinciæ debet procurare q̄ nomen illius non eradatur, & aliud ponatur. & h. d. prin. l. cū fi. l. in medio dicit, quod redemptores operum habent facere cum curatoribus, & curatores habent facere cum republica. Fran. Accur.

**Qui liberalitate.** ad opera publica aliqua.

**Si qua.** opera. & facit. j. proxi. §.

**Negotium.** i. cōtractum. sic ponitur insti. quod cū eo. in rubri.

**Præsstituit.** qui. s. appellantur curatores.

**Ciuum.** aliās ciuiliū, id est curialiū: aliās ciuium. & hæc planior. & fa. C. de bo. quæ lib. l. ij. cum concor. Item fa. s. in princ. huius. l. & j. l. proxi. in fi. & l. fi. in fi.

**Opus.] CASVS.** In prima & secunda parte legis dic casum vt in gl. quæ incipit, refert & c. in fine dicit q̄ in opere publico nō debet inscribi nomen alicuius nisi principis, aut nomen eius cuius pecunia illud opus factum sit: non autem nomen præ-

aduersus scientes<sup>a</sup> paratas<sup>b</sup> esse.

**DE OPERIBVS PUBLICIS. † TITVLVS X.**

**I. VLP IANVS libro secundo opinionum.**



**Q**uorator operum creatus, præscriptione motus ab excusatione perferēda, cicuti cessationis nomine in qua quoad viuit moratus est, heredes suos obligatos reliquit: ita tēporis quod post mortē eius cessit, nullo onere eos obstrinxit. Curā operis aquæ ductus in alio iā munere cōstitutus postea suscepit. præposterē visus est petere exonerari priore munere, vtrisque iā implici tus: quādō d si alterū tantū sustinere eum oportuisset, c antē probabilius f impetrasset propter prius munus a sequenti excusationem.

**II. IDEM libro tertio opinionum.**

**Q**uilibet liberalitate, g nō necessitate debiti, reditus suos interrim ad opera finiēda cōcessit: munificentiæ suæ fructū de inscriptione nominis sui operibus si qua b fecerit, capere per inuidiā nō prohibetur. Curatores operū cū redēptoribus negotiū i habēt: respublica autē cum his quos efficiēdo operi præstituit. k quatenus ergo, & quis, & cui obstrictus est, æstimationo præsidis prouinciæ est. Ne eius nomine, cuius liberalitate o-

fidis. & hoc dicit hæc. l. & seq. Fran.

**m Nouum.** refert si facio opus in publico: quia aut mea pecunia: & possum sine auctoritate principis, præterquam & c. vt hic aut publica pecunia. & tūc nō sine auctoritate principis: vt. j. l. prox. R. sed quomodo licet facere in publico alicui priuato, cum interdita sint contra: vt. s. ne quid in loco pub. l. j. & ij. & nuntiatio fit: vt. s. de opo. noui. nun. l. j. nuntiatio? Respō. ibi vt ius haberet, hic volēs donare publico: & erit vtile reipub. vel necessariū opus. Item quid si in meo priuato? Respon. quidā quod possum, etiam ad æmulationē: quia in suo potest quilibet facere qd vult: vt. C. de ædifi. priua. l. per prouinciam. & de ser. vrb. præ. l. imperatores. & l. cum eo. & C. de reli. l. statuas. nisi in alienum aliquid immittatur: vt supra de dam. infe. l. fluminum. in fi. & de aqua plu. ar. l. j. §. iudē aiunt. & §. denique. §. item sciēdum. & s. si set. vin. sicuti. §. Aristo. Sed potest dici & in priuato nō licere: per. l. istam, quam exponas opus nouum, in pub. scilicet vel priuato. & quia publica utilitas præferenda est priuata: vt supra pro socio. l. actione. §. Labeo. & secundum hoc intelligas. di. l. per prouinciā. Item si opus necessariū est publico, & facio in eodē de meo: cur nō licet si ad æmulationē pertinet? R. imō licet: sed cum auctoritate principis.

pus extructū est, eraso, aliorū nomina inscribātur, & propterea reuocētur similes ciuū i in patriā liberalitates: præses prouinciæ auctoritatem suam interponat.

**III. MACER libro secundo de officio præsidis.**

**O**pus nouū m priuato etiā sine principis auctoritate facere licet: præterquā si ad æmulationē alteri<sup>o</sup> ciuitatis pertineat, vel materiā seditionis præbeat, vel circū theatrū vel amphitheatrum sit. n Publico o verò sumptu opus nouum sine principis auctoritate fieri non licere, constitutionibus p declaratur. Inscribi autem nomē operi publico alterius quā principis, aut eius cuius pecunia id opus factum sit, non licet. q

**III. MODESTINVS libro undecimo Pandectarum.**

**N**ec præsidis quidem nomen licebit superscribere.

**V. VLP IANVS libro singulari de officio curatoris reip.]**

**S**i legatum vel fideicommissum fuerit ad opus r relictū: vsuræ quæ & quādo incipiāt deberi, rescripto diui Pij ita continetur: Si quidem dies nō sit ab his qui statuas vel imagines ponendas legauerunt, præfinitus: a præside prouinciæ tēpus statuendū est: & nisi posuerint heredes, vsuras leuiiores f intra sex menses: si minus, semisses t vsuras reipublicæ pendāt.

semper dic ad æmulationem.

**o Publico.** forsan sumptu ciuitatis Romanæ quæ proprie dicitur publica: vt. j. de verb. signi. l. eum qui vectigal. & l. bona. si vero sumptu alterius ciuitatis, bene licet. & sic licet vniuersitati facere muros municipij: non autem alicui priuato: vt no. s. de re. diui. l. antep. §. muros.

**p Constitutionibus.** C. eo. l. nemo. & l. intra. & j. eo. l. de operibus.

**q Non licet.** vt & s. proxi. in fine. & continua legem sequentem.

**S**i legatum.] CASVS. Legata pecunia ad opus publicū, si nō soluatur: quæritur ex quo tempore vsuræ currant, & quantæ currāt: & si quidē dicas, nō fuit appositū à testate intra quod statue vel imagines ponātur, statuendū est tēpus a præside puinciæ: intra quod si heredes nō fecerint, tenetur ad leues vsuras. s. trientes. & hoc intra sex mēses: postea currunt semisses. si vero dies sit positus a testatore, & intra diē nō fecerunt: ex tūc ad semisses tenentur. Itē præses prouinciæ curare debet fines publicos a priuatis separari, & publicos reditus augere: & si qua loca publica inuenerit occupata a priuatis: vel ea recuperet, vel dimittat penes possessorem, & exigat vectigal a possessore. Fran. Accur.

**r Ad opus.** quod vsque ad perfectionem intelligitur: vt. j. de verb. signi. l. rei appellatio. §. opere.

**f Leuiiores.** id est trientes.

**t Semisses.** imō videntur semper leuiiores: vt. s. de vsu. l. cū quidā. §. fi. sol. hic nō posuit præses tēpus & dices ita, nisi posuerint heredes. s. cū nec testator nec præses posuerūt diē vsuris & c. p quo est. C. vt in pos. le. l. certa forma. quod nō placet: quia sic iam deberēt in primis sex mēribus. quod est cōtra legē. s. de vsur. l. liberalitatis. in prin. vnde dic quod hæc illā determinat hoc modo, nisi posuerūt heredes. s. intra diē positū a præside, præstant leuiores

dicta sint contra: vt. s. ne quid in loco pub. l. j. & ij. & nuntiatio fit: vt. s. de opo. noui. nun. l. j. nuntiatio? Respō. ibi vt ius haberet, hic volēs donare publico: & erit vtile reipub. vel necessariū opus. Item quid si in meo priuato? Respon. quidā quod possum, etiam ad æmulationē: quia in suo potest quilibet facere qd vult: vt. C. de ædifi. priua. l. per prouinciam. & de ser. vrb. præ. l. imperatores. & l. cum eo. & C. de reli. l. statuas. nisi in alienum aliquid immittatur: vt supra de dam. infe. l. fluminum. in fi. & de aqua plu. ar. l. j. §. iudē aiunt. & §. denique. §. item sciēdum. & s. si set. vin. sicuti. §. Aristo. Sed potest dici & in priuato nō licere: per. l. istam, quam exponas opus nouum, in pub. scilicet vel priuato. & quia publica utilitas præferenda est priuata: vt supra pro socio. l. actione. §. Labeo. & secundum hoc intelligas. di. l. per prouinciā. Item si opus necessariū est publico, & facio in eodē de meo: cur nō licet si ad æmulationē pertinet? R. imō licet: sed cum auctoritate principis.

**n Amphitheatrum fit.** puta aliqua tumba. & c

\*Coniunge l. 61. de ieg. iur.



res intra sex menses: vt hic, & ibi: sed postea maiores, vt hic: & de hoc nihil ibi. Item facit. j. titu. ij. l. j. in prin. sed contra. s. de vsu. l. liberalitatis. solu. vt ibi.

a Datus est. ab his qui legauerunt.

b Deponant. heredes.

c Dixerunt. nec tamen deponunt.

d Pendant. cum deponuerint ante diem. & dic protinus. s. die elapso. nec consignando & deponendo impeditur cursus: cu facere, no soluere debet: vt C. de mun. & ho. l. aestimationem. alijs sec: vt C. de vsur. l. acceptam.

e No oportet. vt. s. ti. ij. l. imperator. s. ij. & C. de fer. fu. l. macipia. & ar. in auth. de ali. & emphy. s. quoniam. Accur.

f Aestimare. id est deliberare. quae deliberatio est in hoc, vt si publico nocet, destruat. alijs salarium imponat: vt. s. ne quid in loc. pu. l. ij. s. si quis nemine. & C. de diuer. praescrip. l. j. li. xj.

g Satus sit. i. meli est.

DE OPERIBUS.] CASVS. Si praeses puincia aditur ab aliquo priuato occasione operu quae in muris vel portis ciuitatis fiut: de hoc praeses consulat principem. Fr. Ac.

h Vel in rebus. vt in viis pu. & in sanctis religiosiq; rebus. na haec publica dici possunt: quia ius publicum in factis consistit: vt. s. de iustit. & iur. l. j. s. ij. Accur.

i Extruatur. s. de nouo. & semper dic, sumptu publico: vt. s. e. l. opus. quae est alijs contra. Acc.

k Debere. qui aestimabit an locari vel destriui debeant, propter pericula: vt. s. l. prox. & s. ne quid in loco sa. fiat. l. fi. Accur.

PECUNIAM.] CASVS. Pecunia legata in opera noua faciēda, potius expēdi debet circa opera vetera reficiēda, quam circa noua faciēda, si plura opera sint publica, nec adfit pecunia aliunde ad faciēdum. Item si opus ab alio factum aliquis vult adornare marmoribus, & vult quōd nomen suum in opere inscribatur: dicitur quōd debet audiri. Item si priuatus aliquid de suo expendit in opere quod fit de publica pecunia: debet inscribi in opere, qualiter talis tantam pecuniam dedit ad opus illud faciēdum. Fran.

l Quae sunt. scilicet inchoanda: quae & noua dici possunt: & facit supra titu. ij. l. j. & l. legatum. & C. eo. l. fi. & in auth. vt nullus fabri. ora. do. s. j. coll. v.

m Operum. ex his verbis colligi potest contrarietatis determinatio. Respon. sic. s. titu. ij. l. decuriones. s. j.

n Alio. alijs quoquo modo, id est aliquo modo.

o Fecissent. prius.

Si vero dies datus est: a pecuniam deponat b intra die. Si aut non inuenire se statuas dixerint, c aut loco cōtrouersia fecerint: semisses protinus pedat. d Fines publicos a priuatis detineri non oportet. e curabit igitur praeses prouincia, si qui publici sunt, a priuatis separare, & publicos potius reditus augere. si qua loca publica vel aedificia in vsu priuatoru inuenerit: aestimare f vtrūne vindicanda in publicu sint, an vectigal eis sati sit g imponi: & id quod vtilius esse reipublicae intellexerit, sequi.

VI. MODESTINVS libro vndecimo Pandectarum.

DE OPERIBUS QUAE IN MURIS VEL PORTIS VEL REBUS PUBLICIS FIUNT, AUT SI MURI EXTRUANTUR: i diu Marcus rescripsit praesidem aditum consulere principem debere. k

VII. CALLISTRATVS libro secundo de Cognitionibus.

PECUNIA QUAE IN OPERA NOUA LEGATA EST, POTIUS IN TUTELA CORUM OPERUM QUAE SUNT, l cōuertendam, quam ad inchoandū opus erogandam diuus Pius rescripsit: scilicet si satis operu m ciuitas habeat, & nō facile ad reficiēda ea pecunia inueniatur. Si quis opus ab alio factū adornare marmoribus, vel alio modo n ex voluntate populi facturum se pollicitus sit: nominis proprii titulo scribēdo, manētib⁹ priorum titulis qui ea opera fecissent, o id fieri debere senatus censuit. Quod si priuati in opera quae publica pecunia fiat, aliquam de suo adiecerint summā: ita titulo inscriptionis vti eos debere isdem mādatis cauetur, vt quantā summam contulerint in id opus, scribant. †

DE NVNDINIS.

Nundina etiam pertinent ad iura publica municipiorum, nec tamen municipia omnia ius nundinarum habent. vel, vt in Modestino legendum admonui alius, ἀγορᾶς δίναντων, sed ea tantum quae id habent ex longa consuetudine vel a principe impetrauerunt, a quo priuati etiam idem ius nunquam agris suis impetrant. Et sunt nundinae mercatus qui habentur

rusticorum merces suas deferentium frequenti concursu, quem feriatum die veteres esse voluerunt, id est vacationum a forensibus negotiis. sed postea lege Hortensia placuit ne esset feriatum, vt rustici qui in urbem venissent mercium suarum vendendarum gratia simul etiam lites suas componere possent, & ob id Trebatius scribit, nundinis magistratum posse manumittere iudiciaque addicere. Quod manumittere, non ideo arguitur recte non esse ferias, quia & feriato quolibet die manumittere & emancipare licet. est enim hac iurisdictione voluntaria, non contentiosa. Quod iudicia addicere, id est dare, hic satis arguit nundinas non esse ferias. Cuiacius.

DE NVNDINIS. TITVLVS XI.

I. MODESTINVS libro tertio Regularum.

Vndinis impetratis a principe, p non vtendo qui meruit, decēnij tempore q vsu amittit.

II. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

SI quis r ipsos cultores agroru, vel piscatores deferre vtensilia s in ciuitate \* iusserit, vt ipsi ea distrahant, t destituetur annonae praebitio, cu auocentur ab opere rustici: qui u cōfestim vbi detulerint mercem, tradere x eam, & ad opera sua reuerti debeant. Deniq; summā prudentiae & auctoritatis apud Græcos Plato cum institueret quemadmodum ciuitas bene & beatē habitari possit, in primis istos negotiatores necessarios duxit. † Sic enim libro secundo πολιτείας ait, Δεί γάρ πλεόνων ἀγορῶν γινώσκοντες ὅτι τῶν δημοκρατῶν, ἔτι ἄλλων ἀγορῶν, ἢ γε εἰσαξόντων ἔξασόντων ἔχασα. οὗτοι δὲ εἰσὶν ἐμποροὶ. κομίσασθαι δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορὰν λέων ποιεῖ, ἢ τις ἄλλος τῶν δημοκρατῶν. [ἐάν] μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἦκη τοῖς δεομένοις ἅ παρ' αὐτοῦ ἀλλάξασθαι, ἀργίαι τὸ αὐτοῦ δημοκρατίας καὶ θήματος ἐν [τῇ] ἀγορᾷ: οὐδαμῶς ἡδ' ὅς, ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὀρώντες, ἐαυτῶς ἕπι τῷ ἀγορῶν ἀπὸ τῶν ταύτων. [id est, Indiget enim ciuitas pluribus vti que rusticis, & alijs conductoribus, & alijs ministrantibus inuehentibus z & euehentibus a singula. hi autem sunt negotiatores. b afferēs autē agricola c ad forū aliquid eorum quae facit, vel aliquis alius conductorum: si nō in idē tēpus veniet cū indigen-

subtrahitur alijs: & hac ratione nullum conuenit de venientibus illuc: vt C. eo. l. j.

r Si quis. scilicet magistratus.

s Vtensilia. i. frumētum, & gallinas, & pisces, & similia quibus homines vtuntur. sed alij dicunt instrumenta: vt aratrum: cu ex causa sit eis inhibitum: vt ar. s. de pœn. l. moris. s. sunt autem, prima placet. Accur.

t Distrahant. ad quod vti que compellendi non sunt. satis est enim si in urbem ferant. P.

u Qui. rustici scilicet.

x Tradere. alijs tradere. s. alicui officiali ad hoc q remaneat venditurus: vt in Græco postea dicitur. alijs distrahere scilicet totum simul. & sic non cogitur minutatim vendere. sed contra seruatur Bonō. in Tricolis circa fructus, vt vsque ad certam horam non emant, & sic per consequens rustici vendant minutatim.

y Et alij. vt cerdonibus, & pellipariis, & fabris. P.

z Inuehentibus. ad urbem.

a Euehentibus. ab vrbe.

b Negotiatores. scilicet quibus eget vrbs.

c Agricola. id est non scissurus in foro vt distrahat. P.

addicere. Quod manumittere, non ideo arguitur recte non esse ferias, quia & feriato quolibet die manumittere & emancipare licet. est enim hac iurisdictione voluntaria, non contentiosa. Quod iudicia addicere, id est dare, hic satis arguit nundinas non esse ferias. Cuiacius.

Vndinis.] CASVS. Titius impetrauit a principe vt liceat sibi facere nundinas in suis possessionibus. per decennium stetit q non vitur isto rescripto. dicitur q amittit istud priuilegium. Itē magistratus non debet cogere rusticos vt veniāt ad ciuitatē cum gallinis vel cū piscibus, & vendant ciuibus minutatim: cū per hanc rustici relinquerent agros incultos, & sic annonae praebitio destitueretur: sed cōfestim debent venire & vendere ea summam: & reuerti ad agros. & h. d. h. c. l. & se. Fran. Accur.

p A principe. id est vt liceat habere generale forum in sua possessione, vel villa, vel castro.

q Tempore. C. de diuer. re. l. falso. contra. sol. qui impetrat nundinas, in prauidicium vniuersorum facit: vnde breuiore tempore priuilegium amittitur: aliud si in prauidicium singularis personae priuilegiū detur, quia tunc perenne est: vt ibi. vel hic ad faciendum: ibi ad agendum vel excipiendum. & est ratio vt praedixi. est enim prauidicium alij, quia per hoc quandam eminentiam & utilitatē habet: per quod

\* ciuitatem

† Vide Al. lib. disp. 4. c. 8 & Bu. hic \* ἡγὸς δὲ ἢ τῶν.

\* de loco.

† inscribat.



**a** Permutare. id est cum venerit, non statim inueniet emptorem, vel eum cum quo permutet.  
**b** Vacabit. id est ociose sedebit.  
**c** Nequaquam. subau. respo.  
**d** Hæc. i. ut silia ab agricola allata qui emat, & postea ociose vendant, quales sunt Tricoli. vel dic qd aliqui officiales erant deputati qui res rusticorum accipiant, & ociose vendant, & rustici ad opera redeant: quod est verius: licet non seruetur. Accur.

### DE POLLICITATIONIBUS.

Inter iura & privilegia municipiorum hoc etiam est ut ex pollicitatione eis debeatur si modo iuste recusari non possit. l. 6. §. plane. de mune. & hono. ut si Reipublici pollicitus quis sit ob honore decretum sibi vel decernendum vel ob incendiū aut alium casum quem civitas passa est, vel etiam sine causa, & coeperit facere quod pollicitus est. Ex pacto etiam nudo Reip. debentur vsura pecunia credita. l. etiam. de vsur. Pactum est promissum quod sit interrogati circa stipulationem. Pollicitatio est promissum quod facit quis vltro non interrogatus. Et pollicitationis species est votum quod Deo fit. ideoq. de voto etiam tractatur in. l. 2. Sed illud in eo precipuum ut soli patresfamilias, ex eo obligentur quasi actu solenni (nam et presentibus multis fiebat voti incupatio) aut filiusfamilias. & seruis iussu eius in cuius potestate sunt & secundum ius Virgilius, Ipse pater, inquit, famulam voueo. Cuiacius.

**S** pollicitus. ] **CASVS.** Qui pollicitus est opus se facturum reipub. vel pecuniam ob hoc dare: si non fuit in mora, non tenetur ad vsuras: aliis sic. Item qui pollicetur se certum quid daturum reipu. ob honore decretum ei vel decernendum, vel ob aliam iustam causam, tenetur: aliis si sine causa promissit, non tenetur: ut si promissit opus se facturum reipub. non tenetur nisi coepisset facere: nam postea tenetur: & qualiter coepisse dicatur, dat exempla in littera. Item facto opere, & assignato reipu. si postea aliquo casu destruat, non tenetur qui fieri fecerat. Item qui vouet rem aliquam, obligatur: non autem obligatur res quæ vouetur: & quis obligatur ex voto, dicit. Item qui vouet decimam bonorum tenetur: non autem decima dicitur exire de bonis eius nisi fuerit separata de bonis eius: & si decessit prius, heredes eius tenentur ex voto defuncti. postea dicit quid sit pactum, & quid sit pollicitatio. Item qui non ob honorem promissit reipu. opus se facturum: si coepit, tenetur adimplere. Item qui ex pollicit. tradidit rem municipibus, non potest eam vindicare: imo & si municipes desinant eam possidere, vindicabunt. & hoc dicit hæc. l. cum duabus seq. Fran.

**e** Non conueniatur. cum non sit in mora.  
**f** Vsura accedunt. etiam sine stipulatione. & sic est contra. C. de vsu. l. ij. sol. hic speciale. ut ar. §. de vsu. l. etiam. ite contra. §. de vsu. l. liberalitatis. solu. ibi non erat in mora. Item contra. §. de dona. l. eum. sol. hic speciale in dona. reip. facta. & facit. §. tit. ij. l. si legatum.  
**g** Promissit. per stipulationem, magistratui puta. vel dic, promissit, id est pollicitus fuerit: ut statim innuit.  
